

Venerabilibus in Christo Patribus congregatis in
Synodo Lublinensi Rusorum, Dominis et
fratribus perpetuam observantiam hono-
randis.

Gratiam, pacem et perseverantiam in sincera fide a
Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo, vobis
precior David Pareus.

Quod scripsit aliquando ad vestras respondens, Patres in
Christo venerandi, fratres, dilectissime, propter multa
alia fecit bimestris morbus nostri Stephani suentis,
per quem meas ad vos dirigere non prius volui, quam
de ejus valetudine aliquid certius vobis perscriberem,
quandoquidem studia illius et commoda meliorem in
modum mihi commendastis. Et convaluit ille nunc
ut collegia mea privata, lectionesque publicas iterum
frequenter. Moribus compositum, studijs assiduum, factus
nunc se omnibus nobis probavit, ut speremus expectatio-
ni vestrae aliquando abunde satisfacturum, et Ecclesiae
organon salutare futurum esse. Videtur autem va-
letudo ejus tenuior requirere vitas rationem ali-
quanto meliorem, quam quam hactenus in contubernio
Academico utitur. Sed bonus ille, causatur sumtum, quod
is sicut nunc sunt apud nos rerum omnium pretia,
vix sibi in summa frugalitate ad presentem statum
sufficiat. Itaque, si donec apud nos erit, suenda valetu-
dinis causa liberalius quid a Dominis parentibus
et Patronis impetraverit, recte id salubriterque locu-
tum putavero. Haec de suentis, ornatissimo juvene
quem cum prius ob modestiam diligerem, vestra com-
mendatio fecit, ut amem plurimum.

Ad vestra, ut veniam, principio toto pectore gratias
ago Domino Deo nostro, qui in amplissimo Poloniarum
vestre regno colligit et servat sibi orthodoxam Eule-
siam, quae una nobiscum et cum omnibus vere fidelibus
in toto orbe unum verum Deum in Trinitate, et Tri-
nitatem in unitate, Patrem, Filium et spiritum S.
sincere

193

Sincere constanterq; veneratum, vosq; hujus sua dulcissima
Ambrosii atq; Pastores fideles proficere dignatus est.
Deinde et vobis gratias ago, quod me infirmum serwo-
rum Christi communicatione actionum vestrarum
dignari volueritis, simulq; benevolam in me. et Acade-
miam nostram affectum prolixè declaraveritis. Postu-
lata sanosatenianorum de fraternitate vobiscum inveni-
da, vestraq; responsa recusatoria à Muentio nostro
in Latinum sermonem conversa perlegi. In illis saba-
na audaciam miror. scilicet se doctrinæ genus ab ortho-
doxa fide dis dis habere diversum, falsum, blasphe-
mum proferre: nec erubescit tamen, sub involucri
ambiguum quorundam vocabulorum consensum
simulare, fraternitatem petere. In istis masculum
candorem constantiæq; vestram collaudo, quod istis
sirenium illecebris aures non præbueritis, sed frater-
nitatem colere cum illis, qui neq; Deum Patrem, neq;
Christum fratrem eundem vobiscum colunt, votandè
negaveritis. sui vestro iudicio ego tanquam unus ex
vobis animatus subscribo, ac Deum oro, ut in hac
fidei sinceritate constantiæq; spiritu suo nos omnes
magis magisq; corroboret, et ad finem usq; conseruet.
Veteres Ariani, quantumvis solam ignominiam S.
trinitatis oppugnarent, in reliqua fide catholicis gen-
tibus viderentur, nunquam tamen communionem
ab istis obtinere potuerunt: et quamvis non raro
ita formarent et reformarent suas confessiones,
ut similitudine phrasium simplicioribus aliquibus
imponerent. quod et Hosio magno Episcopo accidisse
legitur. catholici tamen memores præcepti D. Johan-
nis. si quis venit ad vos et hanc doctrinam. scilicet de filio
Dei ab eo incarnato. non adfert, ne recipite eum
in domum, ne Ave ei dicite. à communionem eorum
semper abhorruerunt. Quanto minus nos istis novis
sive sanosatenis, sive Aciniis dextris fraternitatis

porrigere possumus, qui non solum S. Trinitatis opus
oppugnant, nec paucos alios errores perniciosos: ad dispu-
tationem rem suam rejicit. Verum haec secta nec
nova est, nec eum à crimine liberat. Extat confessio
Ostorodij, extat catechesis Smalgi, extant locini
scripta, quibus non solum haereses veteres Photini,
Lamosateni, Selagii, Coelestii etc. reponantur, sed Arii,
Macedonii novi horrendi errores veteribus accubantur
tantum ad id manifestè, ut qui hos disputando sibi
monstrari velit, solem in ipso meridie requirat. Ne-
gant ad veram intelligentiam et fidem S. scriptu-
rarum, illuminationem, ulla Spiritus S. evy, precibus
ullis opus esse; imò hoc statuere damnabilem erro-
rem pronunciant. Quis Christianus non horreat
blasphemiam, quã S. Scria in ordinem humanorum
Scriptorum cogitur: humanum ingenium sibi etiam
sine Deo ad fidem sufficiens fingitur. Ex hac pesti-
lenti radice portenta alia pullularunt. Nihil esse
credendum, quod ratione non capitur: fidem S. Trini-
tatis non esse necessariam: esse damnabilem erro-
rem agnitionem et fidem essentiae Christi non esse ne-
cessariam ad salutem: In Christo non esse duas na-
turas, sed unam solum humanam: Christum filium
Dei non esse aeternum sed nudum hominem, nec ho-
minem merum hominem, sed Deum factitium. Non solum
Deum esse adorandum; Filium Dei non assumpsisse na-
turam humanam: Incarnationem filii Dei esse
meram fabulam. Primum hominem non fuisse cum
peccato originali creatum: naturam hominis per
peccatum non esse corruptam: nullum esse pecca-
tum originale: homines pronos esse ad malum gene-
ratione seu vitio materia peccare imitatione:
liberum arbitrium esse integrum ad bonum: mortem
Christi non esse satisfactionem pro nostris peccatis, nec
meritum nostrae justitiae seu reconciliationem cum
Deo, sed

174

Deo, sed tantum præcipue doctrina et meritum exalta-
tionis sue; Christum esse servatorem nostrum tan-
tum doctrinâ et vite exemplo, qualem servatorem
Judei Moysen, Turci Mahometem faciunt: Christi sa-
crificium non esse peractum in cruce, sed in celo,
redemptionem Christi esse tantum per metaphoricam
sinè ὄβλιον seu pretis, qualis fuit Moysi; Christum
non aliter esse nostrum redemptorem, quam Moyses
fuit Israelitarum. In S. coenâ nullam esse parti-
cipationem corporis et sanguinis Christi, neq; spiri-
tualem quidem. Baptismum aqua à Christo neq;
institutum, neq; proceptum, neq; necessarium, sed
indifferentem esse. Infantes Ecclesia non esse bap-
tizandos: Christus in gloria habere corpus coeleste
sinè carne et sanguine: Hanc nostram carnem
non esse resurrecturam, sed aliam. Articulos à spiritu
S. ad finem symboli ad fidem non pertinere. Regnum
Christi non fore æternum, et quæ sunt alia id genus
eorum libri horrenda dogmata, quibus Christianæ
fidei principia palam convelluntur, Christianismus
sub nomine Christi in Philosophiam humanam
convertitur. Talibus fratres dilectissimi, tantum
abest, ut dexteras, nisi humanitati præbere, aut
preces vestras, nisi pro eorum conversione ac-
commodare possitis, ut longius quam hactenus ab
omni communionis specie recedere debeatis, nisi
setis eorum erroribus cum summa apud omnes
orthodoxas Ecclesias infamia, verborum salutis vestre
periculo communicare velitis. Mirâ interim
illâ astutiâ, quod domi non perficiunt, foris in
Germania perficere tentant, per emissarios suos,
homines politos, vafros, argute loquaces, qui libellos
suos venenatos passim spargunt, clam, palam multis
obtrudunt, doctorum virorum colloquia et familiari-
tatem captam, incautis aliquibus blasphemiarum

suarum semina veteratorie instillant. sic Frミニanus
Vorstium, et non paucos alios nuper in magiam suam
pertraxerunt in Belgia comprimis Hollandica, qui
miro actu hactenus rem suam gerentes, et dextra pa-
nem porrigentes, sinistra venenum suum occultantes,
triste et calamitosum schisma Eclesiarum, Pastorum
Magistratum iuxta et plebeiorum concitarunt. Non
dissimili fraude pestilentes suos libellos viris illustribus
et Academicis Germanis inscribere audent, quomodo
nuper admodum in manus meas venit liber prelecti-
onum Socini ab insulso quodam Smaltio Academia
Delbergensi dicatus, sed non presentatus, non alio, ut
videtur, consilio, nisi ut nos quasi fautores suos su-
spectos reddant. Videntur nobis de dogmatibus suis de se
iudicium. Non cupimus. si tamen hoc volent, habent
rem iudicatum in Comm. nostris, quos quidem Smaltio
ille criminationibus quibusdam allatavit, sed non re-
futavit. Mihi vero quoad spiritibus hos regere artus,
propositum erit pro virili mea pestes illas ab Eccl[esi]is
Germania repellere, et contra antiqui serpenti sibi-
los orthodoxam Fidem, posteritati asportum relinquere
quod vos etiam vestro loco constantes facere gaudes
et porro mecum facturos esse confido.

Quod superest, argumentum hoc habete, dogmata
istorum hominum nec ex Deo nec ex scripturis sacris
esse: quantumvis omnes suas chartas scripturarum
sacrarum allegatis compleant: quoniam nulla spiri-
tus S. illuminatione vel invocatione Dei prodiva
eadem hauserunt. Ad intelligentiam enim et
Fidem scripturarum nulla sibi illuminatione opus
esse, confessio eorum non primo capite testatur. Ex-
empla ratione humanam doctrinam suam scriptura ver-
bis palliatam se exprobatasse, fateantur necesse est.
unde eos pro sana Dei doctrina pestilens rationis
sue venenum miseris hominibus instillare consequitur.
Hoc art.

195

Hoc Artidoror pijs vestris auditoribus tradite, in-
culcate; sed ignoscite quod soli lumen infero. Dominus
Deus noster, cuius gloria vertitur, omnipotenti
dextra et spiritu suo ab insidijs Diaboli, et violentia
Anti-Christi Eulecias vestras incolumes tueatur.
Vobis quoque et sanctis ministerijs vestris gratia sua
copiosissime benedicat. Valete fratres in Christo
dilectissimi, et saluete omnes ac singuli, nomi-
natum Samuel Pabianovij, hospes quondam cha-
risimus. Heidelberg. 31. Decemb. 1612. postridie natalis
mei. 65.

137.

Car. Davidi Pareo Balthasar Lydius.
Salve in Christo. Clarissime D. Doctor, non credas,
quantum me exhilaraverit postrema tua Epistola.
Sparsus n. hic erat rumor de obitu tuo, ut Euleciae
quae te velut tibi sine, utuntur, contristarentur hac
fama, sed Deo sit laus, quod tantum rumoribus ad
momentum temporis perturbati fuerimus, et majori
gaudio affecti lectione libri tui, quam tristitia fuisset,
concepta ex nuncio de tua ad Dominum migratione.
Librum tuum cum summo fructu et delectatione
legi, placet inter alia, quod spem feceris absolvendi
alij toni intra annum et quod excurreret, quod etiam
huc agas, neq. alius animum tuum distrahi patia-
ris. Exaudiet spem Deus vota Euleciarum nostra-
rum producendo vitam et vires confirmando tuas,
qui par sis tot laboribus hac aetate et his tempo-
ribus indies accrescentibus, quamvis aequitas postulare
videretur, vnde te donari, acclamante locuta.

Et nunc tempus equum fumantia solvere. colla.
Epistola D. Doctoris ad Vorstium, antequam ego eam
tua opera s. pro qua gratias ago. accepissem, a
Matthaeo Nado Typographo fuit tradita, quod scribo,
ne putes id contra fidem datam a me. fuisse factum.
D. Vorstius habitat Gouda, ubi similes habent libra-
lactucas, ejus duo ad T. K. mitto scripta, Artidoror
pro tuo libro, sed vereor, ne mihi rescribas illud Homeri.
Ἄρθρα Χαλκίδων. ἐνατόντων ἔρρα ποφωρ.